

nibus charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici inclinati diem festum s. Philippi Nerii quoad clerum saecularem civitatis et dioecesis Mexicanae ad ritum dupl. 2. class. sine octava elevavimus. Cum autem pro parte memorati Caroli regis catholici nuper nobis expositum fuerit, ut Officium proprium ac Missam ejusdem s. Philippi alias Patribus Congregationis Oratorii in regnis sibi subjectis die 25. Febr. 1758 concessam ad eundem clerum saecularem civitatis et dioecesis Mexicanae extendatur, plurimum desiderare, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur piis ejusdem Caroli regis catholici votis annuere cupientes supplicationibus hujusmodi inclinati, de VV. FF. Nostrorum S. Rom. Ecclesiae Cardinalium sacris ritibus praepositorum consilio, ut in die festo tantum dicti s. Philippi Nerii Officium et Missam propriam alias, ut praefertur, Patribus Congregationis Oratorii regnorum Hispaniarum concessam in perpetuum recitari ac respective celebrari libere ac licite possint et valeant, auctoritate Nostra apostolica harum serie concedimus et impertimur.

Datum Romae die 18. Sept. 1779.
(Bull. r. Contin. t. VI. p. 144.)

b) Praefatio.

Pius PP. VI.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Presbyteri saeculares Congregationis Oratorii s. Philippi Nerii civitatis Limanae nomine etiam aliarum Congregationum regni Peruvianum, quod ipsi ad promovendum in eundem s. Philippum Nerium suum institutorem cultum ac venerationem, ut in Missa

ejusdem s. Philippi pro festo et ejus octava nec non in quibusvis Missis votivis ipsius Sancti, quae celebrari solent intra et extra praefatas Congregationes, praefatio propria recitari possit tenoris qui sequitur: „Vere dignum et justum est, aequum et salutare, Nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine S. Pater omnipotens aeternae Deus, qui beatum Philippum gratiae tuae muneribus repletum amoris igne aestuare fecisti. Qua ineffabili charitate inflammatus novam ad animarum lucrum Congregationem instituit et, quae aliis dedit salutis monita, operum exhibitione complevit. Quaesumus ergo clementiam tuam, ut illius Nos festivitate laetifices, exemplo pie conversationis exerceas, verbo praedicationis erudias grataque tibi supplicatione tue- ris, et ideo cum angelis etc.“, per Nos sibi concedi summopere desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur praedecessorum Nostrorum exempla, qui indulta hujusmodi ordinibus regularibus pro suis fundatoribus concesserunt, sectantes eosdemque exponentes specialibus gratiis et favoribus supplicationibus hujusmodi inclinati eisdem exponentibus caeterisque Congregationibus Oratorii hujusmodi intra regnum Peruvianum consistentibus, ut in omnibus Missis die festo ejusdem s. Philippi Nerii fundatoris ac per ejus octavam et in Missis quoque votivis in ipsius honorem in qualibet tantum Ecclesia Congregationum Oratorii hujusmodi celebrandis praeinserta praefatio libere ac licite recitari possit, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus.

Datum Romae die 11. Sept. 1798.

(Bull. r. Contin. t. X. p. 158.)

PILEOLUM.

1) Abbatis.

Prior, usum pontifical. habens, biretto parvo nigri et non alterius coloris omnino uti debeat. n. 291 die 28. Jan. 1606.

Abbatibus sub mitra utantur parvo biretto nigro et non alterius coloris. n. 531 die 18. Mart. 1617.

2) Assistantis Episcopo.

Vd.: *Pileolum Canonice assist.* (decr. n. 3302).

3) Canonicor. assist. Episcopo.

Vd.: *Pileolum Ministr.*

Ad dubium 1.: Quatenus declaratur Episcopum posse cum pileolo assistere, an idem pileolum retinere pariter possint Canonici in choro et solio assistentes, dum descendunt ad circulum ad *Gloria, Credo, Sanctus* et *Agnus Dei*?

2. An Canonici, utcumque Episcopo ministrantes in s. functionibus, debeant semper id praestare capite detecto et absque pileolo?

3. An iidem Canonici Episcopo ministrantes, dum Sacrum peragit, saltem possint retinere pileolum usque ad consecrationem, illudque resumere sumptione peracta?

Et S. eadem C. . . . respondendum censuit

Ad 1.: „Negative in omnibus expressis circumstantiis.“

Ad 2.: „Semper sine pileolo.“

Ad 3.: „In s. functionibus numquam pileolo uti posse.“

Atque ita rescipit servandumque mandavit. n. 5017 ad 4 — 6.

Die 14. Junii 1845.

Canonici Cathedr. non possunt uti pileolo, dum in circulo recitant cum Episcopo *Gloria, Credo, Sanctus*, ne-

que Canonici assistentes, stante Episcopo legente *Introitum, Epistola, Evang.* et *Postcommunio*, neque Porrigens aspersorium Episcopo in ingressu Ecclesiae nec dum aspergit caeteros Canonicos. n. 2925 ad 1 — 4 die 31. Aug. 1680; n. 3381 die 18. Febr. 1696; n. 3516 ad 7 die 4. Apr. 1699; n. 4287 die 17. Maii 1760.

Non licere Priori, Praeposito et Canonicis Missarum et Vesperarum Divinis intervenientibus uti pileolo inthurificando SSimum ipsumque Episcopum, in petenda ab ipso consensu benedictione, in assistentia in circulis ac reverentiis, in ostendendis deferendisque reliquiis. n. 1602 ad 1 die 23. Jan. 1649.

Presbyter (quicumque ille sit) *assistens Episcopo* tenere non potest in capite pileolum, cum eidem porrigit incensum vel quando ipsum incensat, vel ipsi assistat ad Missale sive in altari sive in throno, nec *porrigens* aspersorium Episcopo Ecclesiam ingrediendi idem potest deferre sicuti etiam caeteri, qui aqua pariter asperguntur ab Episcopo. n. 3302 ad 1 et 2 die 10. Jan. 1693.

Canonici assistentes quocumque Episcopo ad sedem pontificalem, item assistentes quocumque Episcopo inservientes in functionibus pontificalibus quibuscumque, etiam quando assistit cum sola cappa magna, pileolum in capite tenere possunt, *dummodo non ministrent*. n. 3302 ad 3 et 4 die 10. Jan. 1693; n. 3516 ad 7 die 4. Apr. 1699.

Ad dubium: An pileolo uti possint Canonici assistentes Episcopo in functionibus ecclesiasticis tam in altari quam in Cathedra Episcopali?

Et Emi P. S. eidem C. praepositi respondendum censuerunt, ut infra, videlicet:

De ejus Canonisatione, vd.: Constitutio Clem. XI. undecimo Cal. Jun. 1712.

(Bull. r. t. VIII. p. 92.)

URBIS ET ORBIS.

Clemens PP. XI.

Cum S. R. C. sub die 28. Jan. 1713 instantiam R. P. Generalis Ord. Praed. pro Elogio s. Pii V. in martyrologio apponendo nonnullisque verbis in lect. II. n. addendis remisit: et R. D. Card. s. Clementis sequens Elogium videlicet: *Romae s. Pii PP. V. ex Ord. Praed., qui ecclesiasticae disciplinae restituendae, haeresibus extirpandis strenue ac feliciter incumbens, vitae ac legum sanctitate cath. Ecclesiam gubernavit: necnon pro III. I. II. n. post illa verba: multis a Deo ejus intercessione patris miraculis, infra-scripta nempe: Quibus rite probatis a Clem. XI. P. M. sanctorum numero adscriptus est: a se diligenter revisa pro approbatione retulerit, S. R. C. tum Elogium tum verba praedicta approbavit et in martyrologio ac lectionibus apponi posse concessit, si SS. D. N. placuerit. Et S. S. benigne annuit. Die 8. Julii 1713.*

(Bull. r. t. VIII. p. 437.)

2) Oblig. ad Officium.

In novo Breviario Seraphico legitur, quod festum B. Pii V. P. et Conf. semidupl. ad libit. recitari concessum sit tantum in quibusdam certis locis, quia vero hoc ipsum festum in antiquiori Breviario Seraphico reperitur positum inter alia festa ad libitum universaliter concessa, de quibus juxta Rubricas particulares novi Breviarii Seraphici n. 10. et 175. fratribus minoribus licet recitare Officium et propter ea etiam a Sacerdotibus saecularibus dioecesis Brixinensis celebrari solet.

Dubitatur proinde: Annon praedictum festum etiam a fratribus minoribus nominatae dioecesis celebrari possit?

Et eadem S. R. C., referente Emo et Rmo D. Card. Gabrielli, respondendum censuit:

„Sine speciali concessione negative.“

Et ita declaravit ac servari mandavit.

N. 3787 ad 3 die 16. Junii 1708.

3) Translatio.

Vd.: SS. Philippus et Jacob. (transl. decr. de die 9. Jun. 1742.)

PLACEAT.

(In fine Missae.)

Vd.: Bened. Sacerdotis extra Missam (decr. n. 4782 nota.)

SS. PLACIDUS etc. MM.

Sixtus PP. V.

Auctoritate ap. tenore praesentium praecipimus, ut ss. mm. Placidi et soc. dies festus tertio Non. Oct. in omnibus Christiani Orbis partibus sub Officio simplici, in Messanensi vero civitate, dioecesi et provincia, duplici, et praeterea alter dies festus Inventionis eorundem pride Non. Aug. in Ecclesia s. J. Bapt. Messanensis dumtaxat sub dupl. pariter Officio a cunctis personis Eccles. saecul. et quorumvis Ord. regularibus de comm. pl. mm., ubi proprium deerit, perpetuo celebretur. Volumusque, ut in calendar., quo nunc utimur, sicut in rom. Martyrologio et antea in quibusdam calendaris habebatur, ad eum diem eorundem SSrum nomina adscribantur, etiamsi in novissima Missalis et Brev. rom. editione ea fuerint praetermissa.

Romae die 13. Nov. 1588.

(Bull. r. t. II. p. 703.)

PLANETA.

1) Episcopi vel Sacerdotis def.

Vd.: Sacerd. def.; Sepult. Sacerd. def.; Paramenta Episcopi def.

Episcopus defunctus planeta coloris violacei induatur.

Caer. Ep. I. II. c. 38. n. 10.

2) Depositio.

a) In Parasceve.

Vd.: Manip. (Deponit. in Parasc.)

b) Post Missam ante „Liberam me“ etc.

Vd.: Paramenta (depos.).

3) Materia.

Vd.: Param. (materia decr. n. 4750.)

4) Plicata.

a) Quando et a quo utenda?

Planetis plicatis et non dalmatica et tunicella Diaconus et Subdiaconus uti debent in diebus Adventus et Quadragesimae. n. 15 ad 9 die 16. Mart. 1591.

Non solum Ecclesias Cathedrales sed etiam Abbates et Beneficiatos Ecclesiarum parochialium posse uti planetis complicatis tempore Quadragesimae et Adventus. n. 902 die 8. Mart. 1631.

Ad dubium: an liceat parochio Ecclesiae Canthiani in maj. hebdom. uti planetis plicatis, quae solent concedi Cathedralibus et Collegiatis, praesertim cum nullus ex ejus praedecessoribus illis usus fuerit, sed simpliciter ministraverit in albis, S. C. resp.: „Servanda est rubrica“ 19. missalis rom. tit. de qualit. param. n. 6. et 7. n. 2221 ad 5 die 16. Junii 1663.

Rubrica concedit usum planetarum complicatarum ante pectus Diaconis et Subdiaconis ministrantibus in Missa

solemni in Cathedralibus et praecipuis Ecclesiis in diebus jejuniorum cum limitatione; in minoribus vero Ecclesiis ministris praedictis dat tantum usum albae cum manipulo Subdiacono et cum stola et manipulo Diacono. n. 2542 ad 3 die 13. Junii 1671.

b) Pro dalmatica etc. utenda?

Ad dubium: num usus planetae plicatae, exclusa dalmatica et viceversa, permitti possit, et quatenus negative, num qui eundem usum induceret apprime sciens illum esse rubricis oppositum, aliquam poenam incurreret et quam?

S. C. resp.: Quicumque ille sit. qui crucem defert vel ministrat in Missa, Canonicus aut inferioris ordinis Sacerdos, uti debet dalmatica aut planeta plicata, prout exigit s. actionis qualitas.

Hinc ad 1. partem: negative;

ad 2. vero: contra faciens plectendus poena, arbitrio Episcopi, pro qualitate defectus. n. 4620 ad 4 die 6. Maii 1826.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

Haud concipere mente possum, quod aliquis inveniatur, qui arbitretur pro diversitate personarum invertendas esse cum Caeremonialis tum Missalis rubricas circa ea, quae communia sunt sacris Ecclesiae ministris, vel hi sint ex dignitatum et canonicorum collegio vel Beneficiati ac Mansionarii vel exteri Cathedrali Ecclesiae Clero non adscripti. Pro diversitate temporum et functionum diversa adhiberi debent sacra paramenta, quae nedum colore sed etiam forma distinguantur, neque ulla ratio habenda est majoris minorisve dignitatis ministrorum, qui iisdem uti debent, sed unice attendendum est Officium, in quo ministrant. Atqui usus dalmaticae vel planetae plicatae

pro dierum temporumque diversitate statutus est et ab Ecclesia absolute praescriptus; non est in privatorum arbitrio eundem immutare; quod si id fiat, qui facit, vel Ecclesiae leges ausu temerario contemnit, aut, ut melius agam, suam crassam supinamque ignorantiam prodit. In utroque casu vel debita plectendus poena vel monendus et erudiendus; ideo sacra Congregatio ad primam dubii partem respondit: *Negative*, ad secundam *vero: contra faciens plectendus poena arbitrio Episcopi pro qualitate defectus*. Mei instituti non est hac de re longius disserere rationesque exponere ac enumerare, ob quas in diebus moestitiae et luctus ac illis praesertim, qui nos ad recolenda praecipua Incarnationis et Redemptionis mysteria disponunt, dalmatica et tunicella in planetas plicatas commutantur: ostendisse sat est relate ad dubium, quod in alterutrius usu attendi omnino debent rubricarum praescriptum et sacrae actionis qualitas, nullatenus vero ministrantium in Officio Diaconi et Subdiaconi diversus subsellii gradus, major minorque honorifica personalis dignitas. Tanto autem cum rigore accipienda ac servanda est rubrica praescribens usum planetarum complicatarum in designatis diebus et functionibus, quin liceat earumdem loco dalmaticam et tunicellam adhibere, ut in minoribus Ecclesiis, ad quas caeremonialis dispositio non extenditur, Diaconus et Subdiaconus haud possint cum dalmatica et tunicella, sed in albis tantum debeant ministrare, ita respondit S. R. C. in Angelopolitana die 13. Junii 1671. Si quis plura velit, consulat Meratum ad Gavantum in adnotationibus ad rubricas Missalis part. 4. tit. 1. n. 4. ad §. 4.

Ad dubium: Quum ex vigente consuetudine in civitate Londinensi a s. ministris in Missis sol. non assuman-

tur in Quadragesima et Adventu casulae breviores et complicatae a rubrica requisitae, nec spes affulgeat, quod talis usus inducetur iis in Ecclesiis, S. R. C. enixae datae sunt preces, ut declarare dignaretur: num hisce temporibus iidem ministri assumere saltem possent dalmaticam et tunicellam vel Sacerdoti celebranti sol. ministrare valeant induti alba et manipulo et Diaconum deferre stolam ordinariam non vero grandiolem, ut ipsae inuunt rubricae?

S. C. resp.: Consuetudinem rubricis contrariam eliminandam et si casulae non adsint, quae plicari valeant in actu Missae sol., haec celebretur potius a solo Sacerdote sine ministris.

Die 11. Sept. 1847 in Londinen.

c) Diaconi et Subd. in Missa pontif.

1) Quando induitur?

Subdiaconus cantaturus Epistolam paulo ante quam Episcopus in chorum veniat, capiet omnia paramenta praeter manipulum et planetam ante plicatam, quae capiet postea. ... Episcopus autem ... accipit paramenta consueta ... et Diaconus et Subd. capiunt manipulos et planetas ante pectus plicatas. *Caer. Ep. l. II. c. XIII. n. 3. 7.; c. XVIII. n. 24.*

Paramenta Missae in *Parasceve* erunt nigri coloris et pro Diacono et Subd. planetae ante plicatae.

Ibid. c. XXV. n. 4.

Incepto primo psalmo Nonae (*in Parasceve*) Episcopus sedet; interim Canonici Evang. et Epistolam cantaturi capiunt sua paramenta praeter manipulum et planetam. — Parato Episcopo Diaconus et Subd. capiunt manipulos et planetas ante plicatas.

Ibid. n. 5. 7. Item in Sabb. s., vd.: c. XXVII. n. 12.

Parato Episcopo Subdiaconus Epistolae sive alius ex Beneficiatis paratus planeta violacea plicata accedit ad altare et capit vas cum cineribus, quod portat ante Episcopum, ubi genuflexus illud retinet usque ad finem distributionis ad dexteram Episcopi.

Ibid. c. XVIII. n. 5.

In bened. Candelarum Diaconi et Subdiaconi utuntur planetis plicatis.

Ibid. l. II. c. XVI. n. 6.

2) Quando deponitur?

Dum Episcopus celebrans cantat ultimam orationem Subd. deposita planeta accipit librum Epistolarum et cantata Epistola osculataque manu Episcopi planetam reasumit.

Caer. Ep. l. II. c. XIII. n. 8.

Diaconus ante primum Allel. post Graduale deponit et ipse suam planetam, quae convolvitur vel alia jam convoluta et complicata super ejus sinistram humerum ponitur et super ejus brachio stricte cordulis colligatur, ne decidat et sic permanet, quousque Episcopus sumpserit s. communionem. Tunc reasumit planetam ante pectus plicatam, deposita alia, quae erat super humerum sinistram.

Caer. Ep. l. II. c. XIII. n. 9; c. XVIII. n. 17.

Finita Passione Diaconus Evang. deposita planeta eaque sive alia duplicata super humerum sinistram posita et sub brachio dextero colligata portat librum ad altare, mox vadit ad osculum manus Episcopi.

Ibid. c. XXI. n. 17.

Interim (dum dicit Episcopus Orationem *in Parasceve*) Subdiaconus deponit planetam ... et cantat Epistolam; qua finita absque osculo manus Episcopi resumit planetam et ibit ad locum suum.

Ibid. c. XXV. n. 15.; c. XXVI. n. 4.

Finita Passione Diaconus Evangelii deposita planeta et accepta altera complicata super humerum sinistram ... cantat Evangelium (*in Parasceve*).

Ibid. n. 19.

d) In Processionibus.

Vd.: *Cruciferarius in process. Dom. Palm. etc.* (decr. n. 4620); *Planeta plicata* (pro Dalmatica etc.; decr. n. 4620).

Post thuriferarium incedunt duo Acolythi cum candelabris et candelis accensis et inter eos medius Subdiaconus paratus planeta plicata super albam sine manipulo portans crucem (*in process. candelarum in Purif. B. V. M.*).

Caer. Ep. l. II. cap. XVI. n. 15; cap. XXI. n. 8.

5) In Processionibus.

Vd.: *Processio* (Clerus par.; Canonici Cathedral. et Colleg.).

Ad dubium: an PP. Praedicator. Vallettae in processionibus *Corp. Chr.* incedere liceat cum planetis?

S. C. resp.: Affirmative in solemniori. n. 3885 ad 3 die 9. Maii 1716.

6) Ad Tumulum.

Vd.: *Tumulus* (Quid in eo etc. decr. n. 4536).

PLATEAE.

(Ornatus in Processionibus.)

Vd.: *Instructio Clem. §. XXI. n. 2—5 etc.; Process. Corp. Chr. (via.)*

PLUVIALE.

1) Ad asperionem aquae.

Paretur in sacristia celebrans more solito cum pluviali albo et accedat medius inter Diaconum et Subd. paratos omnibus paramentis ipsis convenientibus.

Caer. Ep. l. II. c. XXX. n. 1.

„Negative ad primam partem et quoad secundam affirmative, dummodo non ministrent.“

Et ita responderunt et censuerunt die 20. Apr. 1822 n. 4585.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

Dubium duas habet partes, prima respicit Canonicos assistentes Episcopo in altari, altera praestantes eandem assistentiam in cathedra episcopali. Plura sunt decreta S. hujus C., quae versantur circa usum pileoli, rationabili urgente causa, Sacerdotibus etiam, in Missa usque ad Praefationem et post s. absoluta mysteria concessum. In *Asculana* 21. Mart. 1676 responsum fuit: *Non licere Canonico, qui privilegio gaudet utendi pileolo in Missa usque ad Praefationem, eo uti in Missa cantata coram Episcopo, nec pariter licere, si idem Canonicus tamquam Diaconus vel Subdiaconus Celebranti ministret: ita in una Nullius die 2. Sept. 1679.* Neque fas esse sancivit pileolo caput operire in circulis, qui fiunt cum Episcopo vel etiam dum idem stans legit Epistolam, Evangelium et Postcommunio vel dum in ingressu Ecclesiae traditum sibi accipit Aspersionem eoque lustrat Capitulum. Ita in *Squillacen.* 31. Aug. 1680, in *Nicien.* 10. Jan. 1693, in *Alexandrina* 17. Febr. 1696. Hinc negativum responsum ad 1. partem. Quo vero ad 2., discrimine est opus. Vel Canonici assistentes actu Episcopo ministrant vel dum sedet Episcopus et ipsi quoque sedent. In primo casu nequeunt uti pileolo, non item in altero, veluti respondit S. C. in memorata *Nicien.* ad dub. 3. et 4. et in una *Burgi S. Sepulcri* 4. Aprilis 1699.

Cattaren.

Quum modernus Episc. Cattaren. in Dalmatica S. R. C. humillime suppli-

carit, ut declarare dignaretur: Utrum Praepositus et Canonici illius Capituli, dum Episcopo Missam Pontificalem aliasque s. Functiones exercenti assistunt vel ipsimet Missas et s. functiones ad altare praesente vel absente Episcopo celebrant, caput tectum cum pileolo tenere possint?

Eadem S. C. ad Quirinale sub signata die coadunata in Ordinariis Comitibus, referente Secr., rescribendum censuit: „Juxta alias decreta negative.“ N. 4871 die 31. Aug. 1839.

4) In choro.

Vd.: *Pileolum* (licentiam etc.).

Capellani de Massa et etiam Canonici deponere debent pileolum, quando prodeunt in medium chori ad canendum. n. 2083 ad 8 (2do) die 18. Decb. 1660.

Inferioribus quam Canonicis licet in choro uti pileolo. n. 3535 ad 3 die 3. Octb. 1699.

Non licet Vicario generali et Canonicis in missis et vesperis sol. recipere thurificationem capite cooperto pileolo. n. 2215 die 20. Apr. 1663; n. 2346 die 11. Novb. 1665; n. 2435 die 21. Apr. 1668.

Qui cantat passionem in missis hebdom. s. non potest eo tempore, quo cantat, uti pileolo, ac similiter, qui in officii ejusdem hebdom. cantat lectiones in choro. n. 3597 ad 1 die 10. Sept. 1701.

Canonici et Dignitates s. Officium peragentes praesertim cum pluviali vel antiphonam intonantes uti non possunt pileolo. n. 4235 ad 11 die 15. Septb. 1753.

Item non licet Clericis Seminarii uti pileolo, quando sedent in choro praesentibus Canonicis tam absente quam praesente Episcopo. n. 4235 ad 12 die 15. Septb. 1753.

Qui assistit in choro Missae conventuali non potest portare pileolum per totum Canonem; in aliis vero divinis Officiis uti potest.

S. C. Episcop. et Regul. in una s. Angeli 5. Novb. 1602.

5) In Concione.

Ad dubium: Utrum Ecclesiastici, quibus permittitur pileoli usus, illum gestare queant, dum a suggesto praedicant vel alias Eccl. exercent functiones, praeter tamen in Missae sacrificio?

Et S. eadem C. . . . rescribendum censuit:

„Negative tam in Missa, quam in eccl. functionibus, nisi fuerit specialiter indultum.“

Et ita rescripsit ac servari mandavit.

N. 5035 ad 4 die 23. Maji 1846.

6) Episcopi et Archiep.

a) Color.

Neutro modo licere Episcopis vel Archiepiscopis cum habitu episcopali ordinario, sive cum habitu sacro uti pileolo coloris rubri, quo utuntur Cardinales. n. 1440 die 14. Mart. 1643.

Archiepiscopus Turritanus Regularis et Ord. s. Augustini uti non potest pileolo violaceo. n. 3687 ad 4 die 26. Apr. 1704.

b) In benedictione.

Vd.: *Benedictio Episcopi cum reliquia.*

c) Quando deponitur?

Quaeritur: an Ep. assistens Missae solenni, quae in Eccl. celebratur cum cantu, deponere debeat pileolum a consecratione ad consummationem inclusive; ac idem dicendum de mitra dum assistit cum pluviali: an assistens

cum cappa et mozzetta deponere debeat biretum tantum, retinens pileolum?

Et S. eadem C. . . . respondendum censuit:

„Sine mitra et biretto tantum.“

Atque ita rescripsit servandumque mandavit.

N. 5017 ad 3 die 14. Junii 1845.

d) Quis deponit?

Ad dubium: an Dignitas prima assistens Episcopo pontif. celebranti in intonationibus orationum, *Gloria* et *Credo* teneatur auferre et inponere pileolum, toties quoties auferenda est mitra?

S. C. resp.: Spectare ad Assistentem a dexteris. n. 3625 ad 2 die 8. Apr. 1702.

Cum cantatur ultimum Kyrie, auferatur Episcopo per Assistentem a sinistris gremiale et mitra; pileolum vero per Assistentem a dexteris, complanatis cum eo capillis, quod penes se retinet.

Caer. Ep. l. II. c. VIII. n. 37.

e) In thurificatione.

Episcopo non posse prohiberi, quin thurificationem accipiat cum pileolo, quamvis in decreto de 21. Novb. 1665 per errorem scriptoris fuerit comprehensus etiam Episcopus. n. 2435 die 21. Apr. 1668.

Vd.: *Incensatio cleri* (capite nudo).

7) Licentiam pil. port. quis concedit?

Licentiam in choro deferendi pileolum posse concedi etiam a solo Episcopo. n. 3442 die 31. Aug. 1697.

Pileoli usus in Missa, etiam extra canonem, concedi non potest ab Episcopo sed solum a Papa: Sac. Congr. Episcop. et Regul. 3. Jan. 1590 et die 17. Jun. 1595 et S. C. R. 24. Apr. 1626.

8) Ministrorum.

Vd.: *Pileolum Canonicorum assist.*; *Biretum Ministrorum* (decr. n. 5176).

Nec Canonicis Cathedr. nec aliis missarum divinis inservientibus licet deferre pileolum. n. 1596 ad 1 die 20. Junii 1648.

Non licuisse neque licere *Acolythis* capite cooperto pileolo assistere cum candelabris tempore, quo canitur Evangelium. n. 2625 die 6. Maii 1673.

Presbytero, qui privilegium habet utendi pileolo in Missa, non licet eo uti in Missa sol., ministrando tamquam Diaconus vel Subdiaconus Celebranti, qui similiter privilegium habens eo in Missa sol. utitur. n. 2901 die 2. Sept. 1679.

9) In Missa.

Cf.: *Pileolum Ministr.* (decr. n. 2901); *Pil. Canon. assist.* (decr. n. 4585 nota; 4871); *Missa* (Celebrans sedere non debet; Epist. PP. Bened. XIV. n. XXII.); *Instr. Cl.* §. XX. n. 12.; *Parrucca*.

Presbyteris non licet capite velato berettino (pileolo) celebrare Missam. n. 624 ad 1 die 24. Apr. 1626.

Canonico gaudenti indulto apost. utendi pileolo a principio Missae usque ad Praefationem non licere idem etiam retinere in Missis cantatis praesente Episcopo. n. 2769 die 21. Mart. 1676.

Priori Ecclesiae commendatae Aquae Sextiae non licet celebrare cum pileolo sine speciali Indulto apost. n. 3679 ad 2 die 12. Apr. 1704.

10) In Processione.

In processionibus (sine delatione SSmi) parochos posse deferre pileolum ex universali consuetudine. n. 4815 ad IX. 2 die 22. Sept. 1837.

Vd.: *Instr. Clem.* §. XX. n. 12.; *Processio* (capite tecto etc.).

11) In processione SS. Sacramenti.

Canonici parati vel cum cappa in processionibus SSmi Corp. Chr. incedentes ... non possunt gestare pileolum, cum reliqui Sacerdotes et alii de clero incedant nudo capite. n. 3544 ad 2 die 23. Jan. 1700; n. 4815 ad IX. 2 die 22. Sept. 1837. *Instructio Clement.* §. XX. n. 12.

12) Coram SSmo.

Vd.: *Instr. Clem.* §. XXV. n. 5; §. XX. n. 12.

13) In portando SS. Viatico.

Institit rector paroch. Ecclesiae in civitate Barensi, ut sibi ob malam valetudinem impartiretur usus pileoli, dum SS. Viaticum infirmis ministrandum defert. EE. PP. hujusmodi usum oratori durante causa infirmitatis licitum declararunt.

Die 20. Mart. 1659.

Bisinianen.

Quum ea sit positio parochialis Eccl. loci vulgo Acri in dioec. Bisinian., ut ad fideles ut plurimum per agros disditos ac ad plura milliaria distentos s. Viaticum, dum ipsi infirmantur, deferri nequeat nisi summa cum difficultate ob viarum asperitatem ac ventorum, nivium glacierumque incommoda, inde fit ut animarum dispendia necessario eveniant et semper majora timeri debeant. Queis incommodis occurrere, quoad fieri potest, exoptantes hodierni parochi et oeconomi oppidi ipsius invectae in enunciata Paroecia consuetudini hujusmodi in casibus deferendi SSmum Sacramentum capite pileo cooperto et equitando amplius se conformare formidant, quia nulla usque nunc intercessit apost. venia. S. proinde R. C. enixis precibus adentes consuetudinis ipsius confirmationem instanter rogarunt, quod et

ipse Rmus Ep. s. Marci et Bisinianen. pro Informatione et Voto requisitus efflagitat, ex propria notione in s. Visitatione, quae enunciantur incommoda, expertus.

Et S. eadem C. in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die coadunata, audita relatione ab infrascripto Secr. facta omnibusque rationum momentis maturo perpensis, rescribendum censuit: Detur Decretum in Lauden. diei 23. Jan. 1740, nimirum commisit Rmo eidem Ep., ut pro suo arbitrio et prudentia, quod deinceps parochus et oeconomi Acri hujusmodi in circumstantiis equitantes ac capite pileo cooperto s. Viaticum deferre valeant, comitante saltem uno homine, si fieri potest, accensam lanternam deferente. Contrariis non obstantibus quibuscumque. n. 5036 die 23. Maii 1846.

Parocho rheumate laboranti et SS. Sacramentum infirmis deferenti solet indulgeri usus pileoli in itinere, non tamen intra civitatem vel oppidum.

S. R. C. 5. Mart. 1633.

Abbas curatus Asculanae dioecesis rheumate laborans supplicavit pro licentia deferendi SSmum cum pileolo, quotiescunque illud deferre contigerit ad Infirmos per modum Viatici. Et S. C. censuit: concedendum in itinere dumtaxat extra oppidum. n. 3303 die 10. Jan. 1693.

Parochis Urbis ministrantibus SSmum Infirmis non licet de die et de nocte uti pileolo in delatione ejusdem per civitatem sub praetextu alicujus infirmitatis absque speciali licentia S. C. n. 3368 die 23. Aug. 1695; n. 3544 ad 1 die 23. Jan. 1700.

Sanctitas Sua attentis gravissimis rerum adjunctis ... indulgit, ut Sacerdotes s. Viaticum delaturi infirmis in dioecesi Coloniensi incedant, tempestate praesertim hyemali, capite laneo pileolo tecto, qui, exigente necessitate,

esse poterit talis amplitudinis, ut aures etiam cooperiat.

Die 13. Nov. 1862.

PILEUS.

1) Episcopi def.

Pileus Episcopi demortui debetur Ecclesiae tumulanti, non Cathedrali.

S. C. Ep. 26. Apr. 1653.

2) Laicorum.

Non licet viris nobilibus, qui magistratus Officio funguntur et gerunt habitum et publica dignitatis signa, dum s. caeremoniis in Missae sacrificio solemniter intersunt, cooperire capita cum pileis eodem ac pari modo, quo Clerici et Presbyteri degentes et assistentes in choro birettis se contegunt. ... Nec etiam in decantatione divinorum Officiorum et Vesperarum. n. 3107 ad 2 die 23. Mart. 1686.

Servanda esse a fratribus Augustinianis et Conventualibus Aquigend. decreta prohibitiva delationis pilei in processionibus ad formam ritualis. n. 3268 die 26. Apr. 1692.

Electi civitatis et Gubernator Averसानae Episcopo cum mitra sedente non possunt in parte Missae sedere capite pileis cooperto. n. 3682 ad 7 die 26. Apr. 1604.

S. PIUS V. P.

1) Lectiones.

Ad relationem Benedictin. Einsidl.: an recentiora Breviaria bene moneant die 5. Maii in festo s. Pii V. addenda esse in fine Lectionis S. verba: „Quibus rite probatis a Clemente XI. P. M. Sanctorum numero adscriptus est“?

S. C. resp.: *Affirmative*.

N. 4044 ad titul XXV. dub. 8 die 5. Maii 1736.